

Cambridge University Press

978-1-108-05145-3 - Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi
Cantuariensis: Volume 1

Edited by Charles Trice Martin

Excerpt

[More information](#)

REGISTRUM EPISTOLARUM
JOANNIS PECKHAM
ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS.

Q 8518. Wt. 12052.

A

Cambridge University Press

978-1-108-05145-3 - Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi
Cantuariensis: Volume 1

Edited by Charles Trice Martin

Excerpt

[More information](#)

Cambridge University Press

978-1-108-05145-3 - Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi Cantuariensis: Volume 1

Edited by Charles Trice Martin

Excerpt

[More information](#)

REGISTRUM EPISTOLARUM JOANNIS
PECKHAM
ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS.

I.

TO MARGARET QUEEN OF FRANCE.¹

Excellentissimæ dominæ M[margaretæ], Dei gratia ^{1279.}
illustri reginæ Franciæ, frater Johannes ^{23 May.} permissione
Divina Cantuariensis ecclesiæ servus inutilis, totius ^{License for}
Angliæ primas,² salutem et paratam in omnibus ejus ^{one of her}
beneplacitis voluntatem. Novit Ille qui nihil ignorat ^{clerks to}
quod, sicut alias vobis scripsi, multum dolui et non ^{study at}
sine doloris acerbitate commoveor, quod per Parisius ^{Paris.}
transiens ad excellentiam vestram præsentialiter non ^{R. f. 9.}
accessi, quia urgente necessitate pro ecclesiæ meæ ^{A. f. 1.}
negotiis ad dominum regem Angliæ Ambianis existentem
compellebar in quantum poteram festinare. Super hoc
autem quod mihi vestra dominatio scripsit, pro clerico
vestro magistro P[etro] Blanco vestris obsequiis ne-
cessario, quod ei ut per quinquennium Parisius studere
possit licentiam impertirer; respondeo quod ad præsens
ejus absentiam dissimulo, et ad instantiam excellentiæ
vestræ ipsum permitto Parisius commorari, quousque
visitatis beneficiis suis videro quomodo ipse et vicarii
sui curam quæ eis incumbit adimpleverint, quos si
idoneos reperero, prout secundum Deum et bonam con-

¹ Margaret, widow of Louis IX., d. of Raymond earl of Provence, aunt of Edward I.

² *primas*] 'peripsima' in A.

Cambridge University Press

978-1-108-05145-3 - Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi
Cantuariensis: Volume 1

Edited by Charles Trice Martin

Excerpt

[More information](#)

scientiam potero, hiis et aliis beneplacitis vestris ad-
quiescam. Nec credat ipse magister a sarcina curæ
sibi impositæ propter vicarios suos omnino absolvi,
cum ad minus de portione sua pauperibus et ecclesiæ
teneatur subvenire, et de negligentia vicariorum suo-
rum respondere secundum canonicas sanctiones. Valeat
excellencia vestra in Christo et Virgine gloriosa. Datum
Ambianis, die Martis in hebdomada Penthecostes, anno
Domini millesimo CCLXXIX^o.

II.

TO POPE NICOLAS [III.].

1279.
24 May.
Account
of the in-
terview
between
the kings
of England
and France
at Amiens.
R. f. 9.
A. f. 122.¹

Sanctissimo patri ac domino Nicholao, Dei gratia
sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo pontifici, frater
Johannes permissione Divina Cantuariensis ecclesiæ
servus inutilis, cum grata reverentia pedum oscula
beatorum Noverit sanctitas vestra quod post varios
viarum tractus, die sacro Penthecostes ingressus civita-
tem Ambianensem, reperi duos reges Franciæ et
Angliæ inibi congregatos, causa stabiliendæ concordiæ
inter eos, quam et dedit pax illa, quæ exsuperat omnem
sensum, die Martis ipsius sacræ ebdomadæ, me etiam
præsente, non pari utriusque partis præjudicio, jura-
mentis mutuis et cartis convenientibus stabiliri. Cum
enim in pace patrum dictorum regum dudum præterita,
Henricus olim rex Angliæ se Ludovico regi Franciæ
deceptus ad impossibile obligasset, pro hujus amotione
impossibilis rex Franciæ Philippus filius partem mag-
nam et nobilem in partibus Aquitaniz hereditatis
regis Angliæ recepit in forma pacis sibi et heredibus
suis perpetuo possidendam. Pro quo impossibili non
amoto usque ad hæc tempora, tam rex Ludovicus
pater, quam Philippus filius, fructus terrarum quæ modo

¹ Printed in Rymer's *Fœdera*, ii., 1072.

Cambridge University Press

978-1-108-05145-3 - Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi
Cantuariensis: Volume 1

Edited by Charles Trice Martin

Excerpt

[More information](#)

reddi habent et olim ex utriusque, patris scilicet et filii, juramenti restitui bona fide debuerant, integre perceperunt. Hoc autem impossibile tale erat. Juravit quidem rex Angliæ Henricus in pace prima, quod omnes magnates sibi subditos vel verius subdendos in dictarum terrarum partibus, induceret ad jurandum fidelitatem regi Franciæ sub hac forma; quod si unquam contingeret regem Angliæ regi Franciæ rebellare, ipsi starent cum rege Franciæ, immediato domino derelicto, sub pœna aliter facientium in curia regis Franciæ arbitranda. Quod quia est contra consuetudinem omnium Galliæ partium aliarum, nunquam ad hoc induci prædicti proceres valuerunt. Hæc est igitur summa pacis. Quod, quia Henricus pater deceptus fuerat, spoliatus est filius hereditatis suæ nobili portione. Et cum satis hoc perpenderit rex Angliæ clementissimus, in formam tamen pacis hujusmodi consensit libere propter Deum, quam et perpetuo servare intendit, dum tamen sibi fides inviolabilis ex parte Franciæ conservetur. Hæc autem omnia, pater sancte, scio certissime et fide didici oculata; per hoc quod rex Angliæ me suscepit cum ingenti gaudio venientem, et mox strictissimo suo consilio copulavit, factum vestrum circa modicitatem meam acceptans plurimum, et petitioni suæ de alic promovendo præoptare publice pluries se protestans. Temporalia etiam archiepiscopatus bona mihi restituit in pacis factæ crastino mox petita. In quo facto apparet ejus benignitas laudabilior, quia hoc, nescio qua surreptione scribentis in sanctitatis vestræ literis dicto regi directis, juxta morem omnibus servatum retroactis temporibus minime petebatur, cum tamen juxta antiquam consuetudinem temporalia ab eo Dublinensis ecclesiæ peterentur. Quæ scribendi diversitas fecisset Cantuariensis ecclesiæ bona temporalia in manu regia detineri usque ad receptam elucidationem mandati vestri, nisi anticipationem fecisset favor gratiæ personalis, sicut mihi rex ipse coram toto suo consilio

Cambridge University Press

978-1-108-05145-3 - Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi Cantuariensis: Volume 1

Edited by Charles Trice Martin

Excerpt

[More information](#)

affirmavit. Quapropter supplico, sanctitatis vestræ genibus provolutus, quatenus regiam clementiam dignetur super hoc literis apostolicæ clementiæ consolari. Custodiat Altissimus excellentiam vestram ecclesiæ suæ sanctæ per tempora longiora. Actum Ambianis, die Mercurii infra octavas Penthecostes, anno Domini, etc. lxx. nono.

III.

TO THE BISHOP OF TUSCULUM.

1279.
25 May.
Asks him
to request
the pope
to write to
the king
thanking
him for the
restitution
of the tem-
poralities
to Peck-
ham.
R. f. 9 b.
A. f. 1.

Reverendo in Christo patri ac domino Ordonio, Dei gratia episcopo Tusculano, etc. Noverit reverentia vestra quod die Martis in hebdomada Penthecostes, etc., ut in proxima præcedenti litera¹ usque "hæc autem omnia." Utinam autem vestro instinctu advertat apex ecclesia quod hæc jura deceptis non subveniunt, sed derogant in immensum. Item, advertat quod hic activa deceptio, perjurium, injusta ablatio fructuum, et tandem decepti exhereditatio, qui aliter pacem obtinere non potuit, remanent impunita. Et nisi ille qui manum potest ponere, in ambobus apponat remedium, credo quod Deus ab ipso exiget in futuro. Et quia dominus rex prædictus Angliæ curialiter et benignissime ac familiarissime me² recepit, et temporalia Cantuariensia mox petita restituit, supplico paternitati vestræ quatenus rogetis instanter ut dicto principi scribat literam consolatoriam, ei gratias pro tanta clementia referentem. Præsertim quia litera pro restituendis mihi temporalibus destinata, nescio quo dictantis animo, erat plurimum defectiva, nec continebat petitionem aliquam de restituendis mihi temporalibus, sicut fieri consuevit. Et etiam in litera Dublinensis electi expressissime ponebatur, cum tamen litera sua et nostra ab eodem Benedicto, sed

¹ proxima præcedenti litera] "in | ² me], omitted in R.
prima litera secundi quaterni," A. |

Cambridge University Press

978-1-108-05145-3 - Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi Cantuariensis: Volume 1

Edited by Charles Trice Martin

Excerpt

[More information](#)

LITERÆ JOANNIS PECKHAM.

7

benedictione multum dissimili, processissent. Unde et coram consilio suo mihi rex piissimus affirmavit quod si papa providisset de alio, non restituisset ei temporalia donec elucidatum mandatum apostolicum denuo recepisset. Valeat reverentia vestra in Christo et Virgine gloriosa. Actum Ambianis, feria quinta Penthecostes.

IV.

TO JOHN DE POROGIIS.

Frater [Johannes] permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, dilecto clerico nostro magistro J. de Porogiis salutem, gratiam et benedictionem. Villam et domum Quintiaci, Lugdunensis diœcesis, ad nos nomine Cantuariensis ecclesiæ pleno jure spectantes, tibi sicut benemerito, pro eo videlicet quod in servitio ecclesiæ nostræ prædictæ diligenter ac fideliter diutius et sæpius laborasti, concedimus et donamus cum ipsarum domus et villæ juri-
1279.
26 May.
Grant of
the manor
of Quincy,
for a rent
of 100s.
R. f. 9 b.

bus, jurisdictionibus, usagiis, proventibus, fructibus, obventionibus et pertinentiis universis, tenendis et percipiendis a te seu certis nunciis vel procuratoribus tuis sine diminutione aliqua toto tempore vitæ tuæ, sub firmâ seu annuo censu centum solidorum Viennensium nobis et successoribus seu procuratoribus nostris annis singulis solvendorum, cum onere et pensione quæ proinde debentur et solvi consueverunt in honore beati Thomæ martyris ecclesiæ Lugdunensi. Ita tamen quod in festo beati Johannis Baptistæ, quod erit anno Domini MCC. octogesimo, possessionem per procuratorem seu attornatum nostrum ad hoc specialiter deputatum recipias, cum nos usque ad terminum ipsum, in signum et declarationem domini ecclesiæ nostræ Cantuariensis, dictas domum et villam cum pertinentiis suis per arbitrium discretorum virorum

Cambridge University Press

978-1-108-05145-3 - Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi
Cantuariensis: Volume 1

Edited by Charles Trice Martin

Excerpt

[More information](#)

8

LITERÆ JOANNIS PECKHAM.

magistri Willelmi de Corner', domini papæ capellani, et domini Radulphi archidiaconi Suburiæ, in ecclesia Norwicensi, tenere debeamus. In quorum testimonium sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Datum Abbewillæ in Pontino, die Veneris in ebdomada Penthecostes, anno Domini MCCLXX. nono.

V.

TO PETER ALBI.

1279.
28 May.
License to study at Paris for five years in accordance with the will of archbishop Boniface of Savoy.
R. f. 9.
A. f. 30 b.

Frater J[ohannes], etc., dilecto filio magistro Petro Albi, rectori ecclesiarum de Wrotham et Lymynge, salutem, gratiam et benedictionem. Ut executioni testamenti sanctæ memoriæ Bonifacii prædecessoris nostri commodius vacare possitis, gratiam a domino Roberto prædecessore nostro, de studendo Parisius per quinquennium vobis factam, auctoritate præsentium confirmamus, dum tamen fideliter et evidenter appareat vos totis viribus intendere prædicti negotio testamenti. Proviso etiam quod nihil canonicum commissarum vobis curæ depereat animarum. Tempore autem quinquennii vobis indulti elapso intendimus, si vixerimus, vobis augere gratiam, si interim commissis vobis animabus, ut jus exigit, sitis grati. Valet in Christo et Virgine gloriosa. Datum apud Musteroil, die S. Trinitatis, consecrationis nostræ anno primo, anno Domini MCCLXX. nono.

VI.

TO ROBERT COUNT OF BOULOGNE AND AUVERGNE.

1279.
3 June.
Sends a messenger about money left with his steward.
R. f. 10.

Nobili et potenti viro domino Roberto, Bononiæ et Alvernæ comiti, Frater J[ohannes], permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, salutem et sinceræ dilectionis affectum. Noveritis nos fecisse, constituisse ac ordinasse magistrum Baldeuinum de Whissant, nostrum procuratorem et nuncium specialem, ad audiendum voluntatem et responsionem vestram super pecunia per

Cambridge University Press

978-1-108-05145-3 - Registrum Epistolarum Fratris Johannis Peckham, Archiepiscopi Cantuariensis: Volume 1

Edited by Charles Trice Martin

Excerpt

[More information](#)

LITERÆ JOANNIS PECKHAM.

9

nos penes senescallum vestrum de Bononia deposita, faciendam, et super omnibus aliis quæ circa hoc fuerint oportuna. Promittentes nos firmum et gratum habituros quicquid super hiis factum fuerit cum eodem, et rogantes affectius quatenus voluntatem et intentionem vestram eidem loco nostri super hiis integraliter declaretis. In cujus rei testimonium præsentis fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum apud Whissand, iii. non. Junii, consecrationis nostræ anno primo.

VII.

TO JOHN DE CHISHULL, BISHOP OF LONDON.

Frater J[ohannes] permissione Divina Cantuariensis ecclesiæ minister humilis, totius Angliæ primas, venerabili in Christo fratri J[ohanni], eadem gratia episcopo Londoniensi, salutem in veræ salutis Auctore. Cupientes et zelo nimio affectantes fratrem et coepiscoporum nostrorum suffraganeorum facies desideratas videre, et eorum personali frui colloquio super quibusdam articulis totius Cantuariensis provinciæ, qui et necessitatem important et celeritatem desiderant, vobis in virtute obedientiæ firmiter injungendo mandamus, quatenus omnes præfatos coepiscopos et suffraganeos nostros citari seu evocari peremptorie faciatis, ut iiii. kal. Augusti proximo venturi apud Reding' se coram nobis personaliter repræsentent, tractaturi² nobiscum atque mandatum nostrum super ipsis articulis recepturi. Vos quoque ibi dictis die et loco una cum aliis personaliter accedatis. Et quid super isto mandato nostro feceritis, nobis per vestras patentis literas rescribendo certificare nullatenus omittatis. Datum Dover', ii. non. Junii, anno Domini MCCLXXIX., et consecrationis nostræ primo.

1279.
4 June.Orders him to summon his fellow bishops and suffragans to meet the archbishop at Reading.¹
R. f. 10.
A. f. 30 b

¹ Printed in Wilkins' Concilia, ii. | ² tractaturi] tractur. in A.
32.

VIII.

TO POPE NICOLAS [III.].

1279. Sanctissimo patri et domino Nicholao, Dei gratia
6 June. sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo pontifici, suus pau-
On his arrival in England, found the prior of Canterbury under sentence of excommunication. R. f. 10. A. f. 122 b. perculus frater Johannes, permissione Divina Cantuariensis ecclesiæ servus inutilis, totius Angliæ peripsema,¹ devotis præcordiis pedum oscula beatorum. Sanctitatis vestræ, ut puto, meritis, pater reverendissime,² per viarum pericula procedens prospere tandem ad finem pertegi expectatum, ubi quasi ab omnibus susceptus sum cum magno desiderio reverenter. Unum tantum obicem repperi, de quo feci secundum vestræ clementiæ mentionem. Statim enim postquam applicueram in Angliā, nunciavit mihi Dublinensis electus, non literis sed sermone, quod prior ecclesiæ nostræ Cantuariensis, et alii majores domus illius, erant excommunicationis sententia innodati. Quo audito ego ad memoriam revocans illa quæ circa hoc in curia existens audieram, vitavi eos etiam cum quadam eorum verecundia ad nutum meum humiliter meam præsentiam declinantes, cum tamen se non fateantur aliqua sententia innodatos. Laborabo igitur apud sanctitatis vestræ nuncios, si forte ad cautelam absolutionem eorum valeam impetrare. Quod si fieri nequeat, statim hoc vestræ excellentiæ intimabo hujus gravaminis remedium implorando. Ad hæc, quia de sanctitate vestra experimentis innumeris absque modicitatis meæ meritis grandem concepi fiduciam, sanctitati vestræ supplico quatenus exhibitori præsentium, fratri Johanni electo nobilis monasterii Sancti Eadmundi, secundum solitam clementiam dignemini condescendere secundum Deum et justitiam gratia speciali, præsertim quia

¹ *peripsema*] *peripsima*, in MS.² *reverendissime*] *reverentissime*, in MS.